



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs LI. Miserere mei Deus, secundùm &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Hoc saltem vos scite, Deum qui spernitis ipsum,  
Non leue supplicium de vobis sumere velle,  
Cum rapiā, inquit, ego vos, nulla mihi eripiet vis.  
At mihi sacrificans laudem me glorificabit,  
Hac via monstrat iter vera portumq; salutis.

PSALMVS LI.

Miserere mei Deus, secundūm &c.

**M**Itis ut es, placido miserum me respice vultu,  
Peccati maculas ablue corde meo.  
Redde meum pectus patrato à crimine purum,  
A me tolle, Pater, tu scelus omne, Deus.  
Nempe tibi fateor soli scelus omne patratum,  
Et peccata tibi detego cuncta Deus.  
Te solum offendī, mouitua numina ad iram,  
Ergo mei admissi criminis ultor eris.  
Namq; tuum nequeo diuinum fallere numen,  
Tu solio è summo conspicis omne scelus.  
Ecce ego conceptus matris peccator in aluo,  
Criminibus cumulo facta patrata nouis.  
Ast verax tuus est sermo, veracia verba  
Veracisq; probans cordis Eōris amas.  
Ergo meum hyssopo cor quoq; asperge, Ichoua,

Vt ni-

*Vt niue candidius te sine labe colat.  
Redde mihi abluto tua gaudia, redde salutem,  
Ossa ut latentur fracta timore tui.  
Iratos vultus commisso à crimine verte,  
Tuq; meum dele, mi pater, omne scelus.  
Eia age, summe Deus, corporum crimine redde,  
Meq; tuo sancto flamine, quofo, rege.  
Aq; tua facie renouatum proifice nunquam,  
Semper & afflatus sanctificante rege.  
Restituens lapsō mihi gaudia certa salutis,  
Spiritus exhilaret pectora mœsta tuus.  
Da, Deus, exemplo monitus meo ut hostis iniquus  
Delicti veniam querat habere sui.  
Crimen adulterii & commissæ expungito cædis,  
Qui Deus es clemens vita salusq; mihi.  
Tunc mea iustiam narrabit lingua Iehouæ,  
Tunc referet laudes vox mea ubiq; tuas.  
Si tibi de casis tauris holocausta placerent,  
Offerrem meritis forsitan & ista tuis.  
Sed tibi contriti placet unica victima cordis,  
Et tibi præter eam nulla holocausta placent.  
Instaura Solymæ muros, decus atq; Sionis,  
Hac reparata, clemens ô Pater, atq; Deus.*

O Tunc

Tunc tibi, qua imponent sancti, sacra dona place-  
Gaudebis cæsis sic boue, iuste Deus. (bunt,

PSALMVS LII.

Quid gloriariſ in malicia? &c.

A Cta cur propter mala gloriariſ?  
Effer a quid mente agitas, Tyranne,  
Spiritus tantos, quibus intumescens  
Diraminariſ?

A ſuis clemens Deus haud recessit,  
Durat aeterno bonitas Iehouæ.  
Seculo, mitis manet, & benignus  
Joua perennis.

Tu tamen pergis mala machinari,  
Pessimam linguamq; acuis nouacla  
Instar, ut sanctis noceat, piosq;  
Vulnere lœdat.

Pro bono prauum loqueris, Tyranne,  
Falsa pro veris loqueris, maligne,  
Cuncta moliriſ mala, cuncta damnaſ  
Ore doloſo.

Te ſua dextra feriens, Iehouæ,  
& diſ expertem faciet ſacratæ,

Vt